



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1714

Q. 4. Quis sit accusator vel testis competens in causis matrimonialibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42682

in talibus arbitretur, sicut non convenit laicum *judicare*
de spiritualibus &c. Quid si contraria est alicubi
consuetudo, dicendum videtur, esse ex defectu
Ecclesiasticorum qualificatorum, aut accessisse
concessionem Papæ.

§. 15. Si Judice ecclesiastico in hac materia 31.
controvertatur sua *jurisdictio*, potest ipsem
de hoc jure suo cognoscere, uti ex Jure, aucto-
ritate & ratione probat Sperell. decis. 133.

§. 16. Si agatur de valore Matrimonii aliis-
que similibus, tractari debet summarie, de pla-
no, ac fine strepitu Judicij; si autem agatur de
adulterio, sive criminaliter, sive civiliter, opus
est processu ordinario, uti pluribus Krim. à n.
2449. Quandonam dicatur agi criminaliter vel
civiliter, dicam n. 432.

Q. 4. *Quis sit accusator vel testis competens in cau-*
sis matrimonialibus. R. §. 1. Qui ob turpem
quaestum accusat vel impedire querit Matri-
monium, non auditur, Cap. *Significante.* 5. Qui
Matrim. accusare: Et ratio redditur, quia mali-
tia hominum non est indulgendum: quod va-
let de omni pravo fine: item de illo, qui sciens
impedimentum, non denuntiavit, nisi probet
se tum justè tacuisse, Cap. *Cum in tua*, ibid. Ex
quo habetur sufficere, si juret, se primò postea
intellexisse, & nunc manifestare non ex ma-
litia.

§. 2. Si accusatio fiat circa impedimenta, 34.
quæ ipsi contrahentes removere, aut soli scie-
re possunt, uti sunt servitus, error, defectus,
consensus, impotentia, soli contraheentes sive
conjuges accusare possunt: in aliis possunt etiam
alii, per se loquendo: ceterum qui scientes &
sacientes Matrimonium invalidè contraxerunt,

20 non sunt contra illud ulterius audiendi , Cap.
1. ibid.

35. §. 3. Accusare ad separationem tori competit soli conjugi innocentis. Si maritus nolit uxorem adulteram accusare, admittitur pater adulteræ & cæteri cognati ; imo & quandoque externi : non ita facilè admittitur uxor accusans virum de adulterio , quæ vir uxorem.

36. §. 4. Qui Matrimonium contractum accusare possunt, admittuntur etiam ut testes contra illud : attamen, per se loquendo , voce præsentis debent exponere de impedimento. Hacten dicta pluræque alia videri possunt ex Jure deducta apud Krimm à n. 1485. & 1500.

37. Q. 5. Quid notandum sit in materia de Matrimonio circa propositionem 1. damnatam ab Immoc. XI Ep. Propositio illa sic habet : Non est illicitum Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem a valore Sacramenti relictâ tutiore. Circa quam, in materia Matrimonii , notanda sunt sequentia cum communis ex Gob. tr. 10. à n. 732. & Carden in 2. crisi diss. 2. à n. 514.

38. §. 1. Ex damnatione illius propositionis sequitur, illicitum esse contrahere Matrimonium sequendo opinionem tantum probabilem de ilius valore relictâ tutiore , quæ ad valorem præterea requirit aliquid, quod non observatur, nisi accedit aliquid , ex quo valor talis Matrimonii reddatur sufficienter certus : quamvis enim Filigerus explicans hanc propositionem damnatam putet non prohiberi praxin illius in rebus , quæ non sunt de Jure divino , sed tantum de Jure ecclesiastico , ut sunt multa in materia Matrimonii ; sententia tamen illa rejicitur ab omnibus , & ratio est , quia finis damnationis erat , ne Sa